



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De numero, & Mixtura pedum. Ex Cicerone. Capvt IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Membrum est oratio sensus perfecti, sed suspensi, & toto corpore periodi abrupta: vel res breuiter absoluta, sive totius sententiae demonstratione. Hoc Demetrius cum manu comparat, quae ita pendet à corpore, ut in secumulata habeat naturę suę perfectionem. *Quid ex omnibus.* Id si longius fuerit ex oratione appellatur, vt auctor est Hermogenes.

Est igitur colon, *Antequam P. C. dicam ea, que hoc tempore dicenda arbitror.* Vides sensum suspensum: Assume reliquam partem, & confice periodum. *Exponam vobis breuiter consilium perfectionis, & eurysionis mea.*

Articulus, sive comma dicitur, cum singula verbis interuallis distinguuntur: causa oratione hoc modo: *acrimonia, voce, vultu, aduersarios pererrantur.* Est igitur comma pars colli, sive membris, uno, vel pluribus verbis constans.

Hinc multiplex periodus secundum varia interualla distinguitur; alia oratoria, alia historica, alia simplex, alia composita, alia magna, alia parua, alia mediocris, alia etiam perigraphie appellatur.

Oratoria amplior est, & fusior, qua virtutum Oratores.

Historica strictior, ad usum historicorum.

Simplex, quae unico longiori membro constat. Tale est exordium pro Cluentio: Annaducti omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes.

Composita, quae fit ex nexus pluriū membrorum, ut superior: [Antequam, Patres conscripti, &c.]

Magna, quae maioribus colis, aut pluribus, quam quatuor constat.

Parua, quae paucioribus, quam quatuor.

Mediocris, quae quatuor intermissionum ambitu definitur.

De pedibus Periodi.

Ex Halicarnassensi.

C A P V T . VIII.

Dionysius Halicarnassensis, Rhetor quidem praestantissimus, in libro de compositione nominum pedes oratorios sic enumerebat, & probat.

Primus est Spondens aptus, & grauis.

Iambus non omnino est ignavius, sed aptus humili, & attemperato sermoni.

Trochaeus mollior est, & humilior.

Pyrriehus est tenuis, & planè demissus.

Tribrachus nihil habet venustatis, & grauitatis.

Moessus ex tribus longis, ut errores, planè grauis est.

Amphibrachus ex duabus breuibus, & media longa, ut amare, non est adeo heroicus.

Anapæstus grauis, & aptus ad seria, atque affectus exprimendos.

Dactylus optimus est, & heroicus, aptus quibus amplioribus.

Creticus, sive amphimacer ex duabus longis, & media breui, ut castitas, non est repudiandus.

Melior tamen Bacchius ex duabus longis, & ultima breui, ut laudare.

Hyperbachius ex prima breui, & duabus longis, ut haberem.

Dochinus quoque est insignis, ex quinque syllabis, prima breui, duabus longis, breui, & longa, ut amicos tenes.

Dichoreus ex duobus trochaicis, ut sempiternus, volubilis, & aptus maximè in clausulis.

Item Paon primus, ex prima longa, & tribus breuibus, ut conterere. Paon secundus, ex tribus breuibus, & ultima longa, ut temeritas.

Et hi frequentiores sunt apud Oratores.

De numero, & Mixtura pedum.

Ex Cicerone.

C A P V T . IX.

NON est hic meum consilium varias de numeris, & pedibus arcessere sententias, & in ista labyrinthi perplexitate sine frumento ludere iuuenilius.

Evidenter existimo totam illam tractationem à M. Tullio tanto iudicij pondere, & sententiarum nitorc descriptam, ut qui in hoc opere videatur laborasse contentius, carcerorum scriptorum vel studia restinxerit, vel ingenia sua claritate prefficerit. Quamobrem, ne gestum coram Roseio agere in scena videamus, faciam quod mei est instituti. Primum, quid præcipiat exponam: deinde quid de to-

Cuero in
Oratore;

dē tota numerorum præceptione sentiam,
paucis indicabo. Sic igitur ille.

¶ Fluit omainò numerus à primo, tū inci-
tatiū breuitate pedum, tum proceritate tar-
dius cursum contentiones magis requirunt:
expositiones rerum, tarditatem. Insistit au-
tem ambitus modis pluribus, c̄ quibus vnum
est secuta Asia maximē, qui dichoreus voca-
tur, cūm duo extremitati chorei sunt, id est, ē fin-
gulis longis, & brevibus. Explanandum
est, quid ab alijs ijdēm pedes alijs nominan-
tur vocabulis. Dichoreus non est ille quidem
sua sponte vitiosus in clausulis, sed in oratis
nis numero nihil est tam vitiosum, quam si
semper est idem. Cadit autem per se ille ipse
præclarè, quid etiam satietas formidanda est
magis. Mcstante C. Carbo, C.F. Tribunus
plebis in concione dixit his verbis, O Marce
Divus. Hæc quidem, duo binis pedibus inci-
sini, dein membratim: Tū dicere solebas, sa-
crām esse Rempublicam. Hæc item membra
ternis: post ambitus. Quicunque eam vio-
lauissent, ab omnibus esse ei penas persolu-
tas. Dichoreus, nihil enim ad rem extrema illa
longa sit an brevis: Deinde, Parris dictum
sapiens temeritas filij comprobauit. Hoc di-
choreo tantus clamor concionis excitatus
est, ut admirabile esset. Quæso, nonne id nu-
merus efficerit? Véborum ordinem immutata,
fac sic. Comprobauit filii temeritas: iam, ni-
hil erit, et si temeritas ex tribus brevibus, &
longa est: quem Aristoteles vt optimi pro-
bat, a quo dissentio. At eadem verba, ea-
dem sententia, animo istuc fatis est, auribus
non satis, sed id crebrius fieri non oportet.
Primum enim numerus agnoscatur, deinde
satiat, postea cogniti facilitate contemnitur.
Sed sunt clausulae plures, quarum numerose, &
iucundè cadant. Nam & Criticus, qui est ē
longa, & brevi, & longa, & eius æqualis pæ-
an, qui spatio par est, syllaba longior, quam
commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex, nam aut ē longa,
& tribus brevibus, qui numerus in primo
vigeat, jacet in extremo; aut ē totidem brevi-
bus, & longa, in quem optimè cadere cen-
seni veteres: ego non planè reiicio, sed alios
antepono. Ne spondæus quidem funditus est
repudiandus, et si, quid ē longis duabus, he-
betior videretur, & tardior, habet tamen sta-
bilem quandam, & non expertem dignitatis
gradum; in incisionibus vero multò magis,
& in membris, paucitatem enim pedum gra-

uitatis suæ tarditatem compensat. Sed hoc cūm
in clausulis pedes nominino, non loquor de uno
pede extremo: adiungo (quod minimum sit)
proximum superiore, sape etiam tertium.
Ne Iambus quidem, qui est ē breui, & longa,
aut par choreo, qui habet tres breues, sed spa-
tio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui
est ē longa, & duabus brevibus, si est prox-
imus postremo, parum volubiliter peruenit
ad extremitati, si est extremitus choreus, aut spon-
dæus, nunquam enim intercessit, ut sit eorum
in pede extremo, sed ijdēm hi tres male con-
cludunt, si quis eorum in extremo locatus est,
nisi cūm pro cretico postremus est dactylus,
nihil enim intercessit, dactylus sit extremitus, au-
creticus: quia postrema syllaba breuis an lon-
ga sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam
pæana qui dixit aptiorem, in quo esset longa
postrema, vidit parum: quoniam nihil ad rem
est, postrema quam longa sit. Iam pæan, quid
plures habeat syllabas, quam tres, numerus à
quibusdam, non pes habetur. Est quidem, ut
inter omnes constat antiquos, Aristotelem,
Theophrastum, Theodecem, Ephorum, unus
aptissimorationi, vel orienti, vel medie, pu-
rant illi etiam cadenti: quo loco mihi vide-
tur aprior Creticus. Dochimus autem ē quin-
que syllabi: breui, duabus longis, breui, longa,
vt est hoc **Lamicos tenes** **J** quo quis loco aptus
est, dum femel ponatur: iteratus, aut cotinua-
tus numerum apertum, & nimis insignem fa-
cit. Duo enim, aut tres sunt ferè extremiti ser-
uandi, & notandi pedes, si modo nō breuiora,
& præcisa erunt superiora, quos aut choreos,
aut heroos, aut alternos esse oportebit, aut in
pæane illo posteriore, quem Aristoteles pro-
bar, aut ei pari cretico. Horum vicissitudines
efficient, ut neque ijdēm sentientur, qui audiens,
fastidio similitudinis, nec nos id quod facie-
mus, opera dedita facere videamus. **J**

Hæc Cicero: ex qua oratione fluētibus cin-
cinnis diffusa laxius fermè stud colligas, pro-
bari ab eo dichoræum, sed cum temperamen-
to ad vitandam satietatem, creticum orationi
cadenti aptissimum; pæana utrumque in prin-
cipio, & medio, spondæum, choræum tribrachyn,
dactylum, quem ait parum volubiliter
iungi cum choreo, antispondæo extremitum
locum tenente; quare si isti tres pedes cōcur-
rant, dactylus, qui instar cretici censetur in fi-
ne, in extremo erat collocandus: Ad summum
dochimum omni loco congruum, sed male
affectari.

Neque verò hic erit alienū Strebei, & aliquot recentiorum, in Ciceronianum numerorum usum obseruationes, & exempla notare, quibus conformari facilius imitatio posset. Cum igitur periodus tota debeat à capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa conficitur, non modo ambitus clausus, sed etiam principia, atque media notanda sunt.

IN PRINCIPIS HIFERMÈ probantur pedes.

Creticus.

Vt [Neminem vestrum ignorare arbitror
a Judices.]

Pean

Vt [At beneficio sum usus tuo. Leuia sunt
hæc in hoc reo crimina.] His adiace dichoreum, & bacchium, & palimbacchium; ut non enim potest ea natura,
quæ tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta. Vehementer in escedo tribunus plebis. At quanta merces Rhetori data est.

Dochimus.

Vt [Catenas habebat hospes tuus.]

Molossus.

Vt [Idem Verres, qui fuit semper.]

Anapafus.

Vt [Parior, Judices, & non moleste fero.]

IN MEDIO.

Amplissimus est vierque pœan, primus, & quartus. Nec solum dignitatem affert, & amplitudinem, sed etiam volubilitatem, atque celeritatem, quæ animi concitati affluent voluptate recreantur, ut vincat aliquando cupiditas, voluptas que rationem, dummodo illa in hoc genere prescriptio, moderatione teneatur.

In hac oratione breui sex pœanas primos accipere possunt, ex quibus incitator est cursus, atque magnificentior amplitudo. *I: m.* Figi enim non potest, ut animus libidini deditus amore, desiderio, cupiditate, sœpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quicquid est, quod nos facinus, in dicendo, in modo agendo, verum etiam cogitando sustinere possit.

IN FINE.

Probantur Creticus, & Dichorus.

Vt [Verrem non ut hominem, cum homine
comparatis, ne qua tali viro mortuo fiat in

juria; sed ut pacem cum bello, leges cum ferro, forum, & iurisdictionem cum ferro, & armis, aduentum, & comitatum cum exercitu, & victoria conseruat.

Chorus, & Molossus.

Vt [Fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse subleuandam, que maxime laboraret.]

Dochimus.

Vt [Quos amissimus ciues, eos Martis vit perculit, non ira victoria.]

Creticus duplex.

Vt [At quæ ipse cogitans sentio, in communione tuorum temporum contulit.]

Aliquando Creticus triplex.

Vt [Facere enim probus adolescentes periculose, quam perperi turpiter maluit.]

Creticus & Dafyulus.

Vt [Omnis oratio moribus consonet.]

Trichachys cum Spondeo.

Vt [Diu, multumque Brute, dubitauit.] Et [Maximus est fructus iucunditasque sapienti.]

Chorus, & Dispondaus.

Vt [In monumentis maiorum suorum si interfectus.]

Iambus, & Dispondaus.

Vt [Sed etiam gloriam per tales viros insigendam.]

Tres Spondæi.

Vt [Victoris illustratae sunt.]

*Quid de istis numerorum obseruationibus,
& tota compositione sit sentiu-
dum, & de cauendis
vitys.*

CAPUT X.

Hec igitur, si fuerint moderatè obseruata, lætiорibus nonnunquam numeris exhibilant orationem. At contrà, si puridius discentiantur, sermonis nitorem non mediocriter artis infelicitate corrumpt.

Atque ut Callimachus nimis affectatae diligenter & statuarius fertur infausto exploitioris studio suorum operum decus inquinasse, dictus inde *καλλιμάχες*, quod artis violenta quadam tyrannide naturæ florem opprimit; sic videoles plerosque, qui dum syllabis auctoribus insistunt morofius, ab illo currentis annis aluco, in transuersa dexterius abripi.

Etc.